Noverint universi quod nos Antonius font alias perteyal Petrus tou Bartholomeus roig loci de maria et stephanus bonet loci de Alaro Jurati Anno presenti
presentis ville sancte margarite habentes ad infrascripta et alia peragenda plenum posse mediante consilii determinatione celebrati in generali villa
in loco assueto subdie gratis et scienter ad bene videlicet meliorandum culturandum et in aliquo non deteriorandum
damus stabilimus et in emphiteosym perpetuam concedimus cedimus et tradimus vobis honorabili Petro monjo cultori eiusdem ville
sancte margarite habitatori presenti et inferius acceptanti et vestris successoribus et quibus volueritis perpetuo unam quarteriatam
terre franchiam de cens. de pertinentiis possessionis de alcudiola que fuit Joannis monjo dicti de alcudiola per nos empte per curiam
magnifici petri raymundi caforteza domicelli de Mas in civitate maio. die decima octava mensis novembris anno millesimo quin
gentesimo nonagesimo primo proxime elapso situate in termino presenti ville sancte margarite tente sub allodio directo dominio et ju
risdictione caballarie de alcudiola dicti magnifici petri raymundi caforteza ad prestationem fatiche decem dierum et ad mercedem laudi
mii et ad vigesimum de decimo ex obis explitis in ea fideliter colligendis. Et affrontatur dicta quarteriata terre quam vobis stabilimus ex una
parte cum sorte terre bartholomei gili per nos die presenti illi stabilita et ex alia parte cum terris Joannis vivis et ex alia parte cum terris
dicti barth. gili et ex alia parte cum terris Joannis moragues per nos illi die presenti etiam stabilitis mediante camino tendenti a campsfilos
Predictam itaque quarteriatam terre prout superius affrontatur includitur et terminatur cum omnibus integritatibus proprietatibus termi
nis tenedoribus pertinentiis introitibus et exitibus suis, et generaliter cum omnibus aliis universis et singulis Juribus ad hoc stabilimentum
pertinentibus et spectantibus vobis dicto petro monjo et vestris successoribus et quibus volueritis perpetuo stabilimus ut superius dictum
est sub tali tamen pacto et conditione quod pro cens. et melioramento inde exeuntibus datis et solvatis vos et vestri nobis et nostris a die tertia
mensis decembris proxime preteriti ad unum annum et sic deinde anno quolibet et perpetuo dicta die quatuor libras monete mas. cens. et
cens. allatas solutas positas et portatas intus presentem villam sancte margarite cum pedagio quinque solidorum per vos vel vestros more solito
solvendorum quas possitis luere redimere et quitare quandocumque volueritis in duabus equalibus quitationibus pro quinquaginta libris
franchiis et quintiis et ex pacto inter nos convento non possitis derelinquere reddere deserere nec desemparare dicta quarteriata terre
quin prius redimeritis vos seu vestri quartam partem dicti cens. scilicet viginti solidos cens. de numero dictarum quatuor librarum cens. pro
duodecim libris et decem solidis monete mas. franchiis et quintiis nobis et nostris, in his vero non proclametis neque eligatis vos seu vestri
alium dominium seu dominos nisi tantum dictum mag. allodiarum et suos et nos et nostros in dicto nostro cens. liceatque vobis et vestris post
dies decem et quo singulibus fatigati fueritis presentem acquisitionem vestram una cum omnibus melioramentis et augmentis ibidem fac
tis et de cetero faciendis dare vendere stabilire impignorare et aliter alienare inde que facere vestras et vestrorum omnimodas voluntates
salvo tamen semper in predictis Jure directo allodiali dominio laudimio fatiga et Jurisdictione ac decimo predicti mag. petri
raymundi caforteza et suorum ac firma ma[...] personarum prius salvoque etiam nobis et nostris cens. predicto. Promittentes ex bona fide conve
nientes vobis et vestris quod predicta que vobis stabilimus faciemus vos et vestros et quos volueritis semper facere habere tenere et possidere
pacifice perpetuo possidere et defendere pacifice et quiete contra omnes personas. Et tenemur inde vobis et vestris firmiterque teneri promitti
mus de evictione et de omni damno ac etiam interesse litis et extra etiam et ubique pro quibus omnibus et singulis supradictis sic
complendis tenendis et inviolabiliter observandis obligamus vobis et vestris omnia et singula bona dicte universitatis dicte ville et singula
rum eiusdem mobilia et immobilia presentia et futura renuntiantes quantum ad hec libelli oblationi accordio unius diei firme Juris
dationi pigneris ad decem dies et spatio quadrimestri mas concesso bona mobilia non habentibus pro bonis immobilibus subhas
tandis et vendendis feriis quoque messium et vindemiarum dilationibus et foro nostro proprio et privilegio eiusdem submittentes nos et omnia
bona dicte universitatis foro et Jurisdictioni mag.ci Judicis seu curie caballariarum dicti mag.ci petri raymundi caforteza in posse cuius
promittimus Jus facere illius Jurisdictionem in nos porrogando et consentiendo. Pro intrata vero huiusmodi stabilimenti confi
temur et in veritate recognoscimus habuisse et recepisse quinque solidos monete mas. unde renuntiantes exceptioni dicte pecunie non numerate
non habite et non recepte ... doli mali actionique in factum Et his presens ego predictus petrus monjo acquisitor predictus
et dictum stabilimentum de dicta quarteriata terre cum pactis et conditionibus supradictis acceptans promitto dictam quarteriatam
terre bene meliorare culturare dictasque quatuor libras dicta die vobis et vestris anno quolibet solvere allatas ut dictum est
intus presentem villam sancte margarite dictamque quarteriatam terre non desemparare reddere deserere seu derelinquere
quin prius redimeram quartam partem dicti cens. videlicet unam libram cens. predicti duodecim libris et decem solidis franchiis
et quintiis ceteraque omnia et singula per me attendenda attendere servare et complere, Pro quibus omnibus et singulis supradictis
sic complendis tenendis et inviolabiliter observandis obligo vobis et vestris omnia et singula bona mea presentia et futura Renuntians
quantum ad hec libelli oblationi accordio unius diei firme Juri dationi pigneris ad decem dies et spatio quadrimestri mas concesso bona
mobilia non habentibus pro bonis immobilibus subhastandis et vendendis, feriisque messium et vindemiarum dilationibus et foro
meo proprio et privilegio eiusdem submittens me et omnia bona mea foro et Jurisdictioni Judicis et curie caballariarum dicti
mag.ci petri raymundi caforteza in posse cuius promitto Jus facere pro premissis illius Jurisdictionem in me porrogando et con
sentiendo Actum est hoc in villa sancte margarite insule mas die quarta mensis aprilis anno a nat. domini millesimo
quingentesimo nonagesimo secundo Sig+++na nostra antonii font petri tou barth. roig et stephani bonet Juratorum predictorum
... Sig+num meum petri monjo acquisitoris predicti qui hec laudamus concedimus et firmamus

Testes in quorum presentia dicti Jurati firmarunt dempto dicto bartholomeo roig sunt Antonius rebassa et fr. font
homenas presentis ville sancte margarite et testes firme dicti Jurati roig qui firmavit dicta die sunt dictus
petrus seguera scriptor mas et dictus antonius rebassa. Testes vero firme dicti monjo qui firmavit die ... mensis
aprilis millesimo quingentesimo nonagesimo secundo sunt ... ribes de sena antonius gelabert de mari et petrus gelabert
scriptor presentis ville sancte margarite qui nomine et vice notarii infrascripti dictam firmam recepit.

penes me Andream Carelles not.

91

Stabliment de una quarterada de terra firmat [illegible] los jurats [illegible]
[illegible] a Pere monjo de dita vila a [illegible] 14[illegible]
[illegible]ada [illegible] [illegible]
[illegible]lidor [illegible]

Alcudiola

82
PERG-081

82

AYUNTAMIENTO DE ... MARGARITA
No. 89